

morimur et sicut aque dilabimur et licet morte nichil sit cercius eius tamen hora nichil incercius estimatur. quia quod tibi heri mihi potest hodie euenire Jdeo ego fulco fratribus meis presentibus. consulentibus. et vnanimiter consencentibus. sanus et incolmis presenti pagina testamentum condo & conficio deliberacione prouida precedente. Consideras enim quod personis ecclesiasticis nullus heres proximior esse debet quam his qui nos domino sociauit. nec magnum est si ei nostra temporalia conferimus a quo spiritu-alia officia suscipimus et honores. do et confero ecclesie vpsalensi mansio-nem meam in berhem cum omnibus attinenciis suis quecunque ibi in pre-senciarum sunt aut eidem in futurum justis modis poterint aggregari. mihi tamen possessione. vsufructu et ordinacione dicte mansionis quam diu vixero reseruatis. Ne autem super premissis in posterum aliqua possit calumpnia aut dubitacio suborirj presentem litteram sigillo proprio et fratum meorum Laurencii. johannis et magni. dignum duxi communirj. Datum ventabrum anno dominj M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVII<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. Nonis aug. Huic etciam littere sigilla. dominj. regis et dominj ducis ac domini archiepiscopj appensa sunt ad corrobor-a-cionem et in testimonium veritatis.

På frånsidan: Testamentum domini. Fulionis Archiepiscopi upsalensis in quo legatur bæreme ecclesie vpsalensi.

Sigillen N:o 1, 8 bortfallne; de öfriga N:o 2—7 finnas.

443.

1257 d. 28 Aug.

Viterbo.

Påfv. ALEXANDER IV:s Skydds-Bref för Skokloster.

A. 1. d. 51.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum dej. Dilectis in christo filiabus. . . . Abbatisse et Conuentuj Monasterij de Sko Cisterciensis ordinis Vpsa-lensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis uestre meretur affectus ut uos fauore sedis apostolice prosequentes uobis quam di-gne postulatis gratiam faciamus. Eapropter dilecte in domino filie uestris sup-plicationibus inclinati, personas uestras cum omnibus bonis que in presentia-rum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus & pre-sentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostre protectionis &c. Dat. Viterbij V. kalend. Septembr. Pontificatus nostrj Anno Tertio.

Blybullan hänger i röda och gula silkestrådar.